UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Obedientiae gradus sunt quinque.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

diens loquetur uictorias. Teſtis mendax eſt qui profeſſus eſt obediẽtiam, & eam non ſeruat, qui in pręſenti perit dum in bello ſpirituali ſuccumbit; in futuro peribit, quia æternaliter damnabitur. Quartum eſt, quia animam cuſtodit & conſeruat in bono ſtatu. Prou. Qui cuſtodit obedien- Prou.19
tem cuſtodit animã ſuã. Gloſſa. Obe- Gloſſa.
dientẽ merito cuſtodit Deus tanquã Eccle.8
ſuum. Eccleſiaſticus. Qui cuſtodit mandatum, non patietur quidquam Bernar.
mali. Et Bernardus. Obedientia dirigit greſſus noſtros, & ſanctæ conuerſationis promeretur gratiam. Quintum eſt, quia liberat hominem à malis æternis. Prou. Verbum cuſto- Prou.29
diens filius extra perditionem erit. Idem. Qui autem me audierit abſq; Idẽ. 1.
timore erit, & abũdantia perfruetur.

Obedientiæ gradus ſunt quinque.

PRimus eſt obedire libenter. Exod. 35. Iſte eſt ſermo quem Exo.35
præcipit deus, omnis uoluntarius & pro animo offerat primitias domino. Eccleſiaſticus. In omni dato Ecc.35
hilarem fac uultum tuum, &c. Nam 1.Cor.9
hilarem datorem diligit deus. Et Bernardus. Nubiloſa corporis cõpoſitio, Bernar.
& facies triſtitiæ turbinis obfuſcata

deuotionem ab anima receſſiſſe ſigni
ficat. Secundus eſt, obedire ſimplici
ter, ideſt non cautè intendere ad ea
Bernar. quæ ſibi placent. Vnde Bernardus.
Quiſquis occultè ſatagit ut quod
uult ipſe hoc ei prelatus iniungat, ip
ſe ſe ſeducit, ſi forte ſibi quaſi obe
dientia blandiatur. neque enim in eo
ipſe prælato, ſed magis ei prelatus
obedit. Ad ſimplicitatem obedientiæ
pertinet non iudicare, quid, uel qua
Pſal. 17. re, ſed eſſe ſicut monet. Pſal. Audit
auris, obedit mihi, &c. Tertius eſt
uelociter obedire, ad exemplum Pe
tri, & Andreæ, qui continuò relictis
retibus, & naui ſecuti ſunt dominum.
Pſa. 142 Nam uelociter currit ſermo Dei, &
uelocē deſiderat habere ſequentem.
Fidelis obediens neſcit moras, dicit
Bernar. D. Bernardus. Quartus eſt, uiriliter
Bernar. adimplere mandata. Vnde D. Bernar
dus. Super illud, Manum tuam miſiſti
ad fortia, ait. Agendum eſt inſtanter,
& conſtanter obediendum. Pſal. uirili
Pſal. 26. ter age confortetur cor tuum, & ſu
ſtine dominum. Quintus eſt humili
Luc. 17. ter obedire. Luc. Cū feceritis omnia
quæ præcepta ſunt uobis, &c.
Auguſ. Et P. Auguſtinus. Obedien-
tia niſi humilium
eſſe poteſt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN